



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibus Ab Intestato, De Renvnciationibus

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. IX. Florentina successionis de Franceschis. De Statuto Florentino exclusivo fœminarum propter masculos, an contentetur sola subjectione personarum, non curata illa bonorum, sive an utriusque ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

excludere deberent germanam forem, qua non solum habet prerogativam majoris proximitatis primi gradus, sed etiam alteram agnationis, quoniam femina licet non prorogent familiam, attamen donec vivunt, illam conservant; Ideoque cessante concursu masculorum, ex magis communi, & recepta sententia succedunt etiam in fideicommissis; ac majoribus agnatiis ut pluries habetur in sua materia *sub tit. de fideic.*, & tamen, quod non debeant excludi feminae ex femina, quae sunt gradu remotiores, & extraneae a familia, & agnatione; Ideoque huiusmodi simplicitates a naturali ratione, ac humano discursu adeo aberrantes, irrisione dignae videntur; Multo vero magis eadem irrisione digni sunt, non quidem ipsi; Consules, qui eas deducunt, utpote excusabiles, ut sibi commissas partes, ingenium acuendo, explicent eo quo possunt modo, sed Iudices qui Consulentiū auctoritatem ita in cæca fide sequuntur, quoniam repugnantia est nimis clara; Potissime quia, licet in quadam physica possibilitate dari possint collaterales inferioris usque ad octavum gradum, attamen ex magis communi, & frequenti contingentia id moraliter est impossibile; Ideoque dictæ ponderationis de linea inferiori vel superiori percutientes gradus magis proximos, in quibus sint verificabiles, non videbantur ad rem adaptabiles in gradibus adeo remotis.

Clarius vero dum (pro meo pluries infirmato sensu) ex ratione ponderata præsertim in *Per usua disc. 1.* & in alijs, magis efficax argumentum, quod in ista statuarum materia favore foeminarum deduci solet super huiusmodi Statutorum exorbitantia, & odibilitate, corrui, nullamque habet probabilitatem, cum potius, nostris moribus attentis, contrarium dicendum sit, ideoque sit potius favorabile, ut formiter discusso articulo, relatisque omnibus opinionibus, ac singulis respondendo, firmatur *dist. decif. 33. par. 3. recent.*, cum qua processum est in alijs relatis per *add. ad Buratt. dist. dec. 6. & 228.*

gibus, scriptis, vel non scriptis quæ in Civitate, ac Regno Neapolitano habeantur super foeminarum exclusione, ab intestata successione.

SUMMARYM.

- 1 **F**Acti series.
- 2 De fructibus an veniant in indicio petitionis hereditatis remissive.
- 3 Ad materiam tex. in l. hæres abiens.
- 4 De foro absentis, cui dandus sit curator.
- 5 De foro rei sitæ, & an hæres conveniatur in loco implementi.
- 6 Vbi de successione sit questio, atque bona sunt in pluribus Principatibus vel locis, quis sit forus magis competens.
- 7 De eodem ut attendatur caput hereditatis, & quomodo.
- 8 Pagnus non habet duplex patrimonium neque hereditatem.
- 9 Declaratur quomodo, & quando procedat, & de pluralitate successorum.
- 10 De frequentia Statutorum, & praxi dictæ conclusionis super diverso modo succedendi.
- 11 Fortius ubi sunt plures Principatus diversi.
- 12 An quilibet faciat confiscationem in suo.
- 13 Observantia est deferendum in interpretatione Statutorum.
- 14 Deratione ob quam non placet opinio; exigens subiectionem bonorum.
- 15 Quid in hoc Statuto Florentino.
- 16 Prescriptio nunquam datur cum mala fide.
- 17 De legibus Civitatis, & Regni Neapolis super exclusione foeminarum.
- 18 Constitutiones, & pragmatice Regni dicuntur in commune.
- 19 Dos ibi succedit loco legitime.
- 20 De consuetudine Neapolis super exclusione foeminarum.

DISCURSUS IX.

FLORENTINA
SUCCESSIONIS
DE FRANCESCHIS

PRO

MARIA LUCRETIA, ET MARIA
 MAGDALENA

CUM

PHILIPPO FRATRE.

Responsum seu Discursus.

De Statuto Florentino exclusivo foeminarum propter masculos, an contentetur sola subiectione personarum, non curata illa bonorum, siue à vtriusque Statuti combinationem admittat.

Et ubi successio complectatur bona in diversis Principatibus existentia, qualis dicatur huiusmodi successione forus competens, etiam respectu bonorum alibi existentium; Et incidenter de le-

Card. de Luca P. 2. de Success.

Iuxta seriem in hac eadem causa recensitam *sub tit. de Hered. & Heredit. disc. 9.* Defunctis ab intestato in civitate Florentina patria originaria, prius Francisco patre, deindeque Iulio filio, superstitibus Philippo filio, ac fratre respectivè, ac Maria Lucretia, & Maria Magdalena filiabus, & respectivè sororibus; Cum Philippus, ad normam Statuti Florentini foeminarum exclusivi, nedum per fratres, sed etiam per ulteriores agnatos ex deductis in alia Florentina *disc. praced.*, hereditaria bona in ipsa patria, eiusque ditione existentia, extra omnem controversiam obtinisset; pleraque verò alia ad eandem hereditates pertinentia existent in Vibe, vel Statu Ecclesiastico; ac etiam in Civitate seu Regno Neapolitano, nec non in Civitate seu Dominio Veneto, eorumque possessionem, ac fructum de facto, tacita sororum existentia, obtinisset; Certiorque factus de pluries infirmata opinione, quam urbis, ac etiam Neapolis Tribunalia retinent super copulativo concursu vtriusque subiectionis personarum, & bonorum, in huiusmodi Statutis exclusivis necessario, quodque propterea respectu bonorum in his Principatibus existentium, ad limites iuris communis æqualis sororum conditio esset; Hinc proinde, cum præsupposito quod Rota Florentina, aliaque illius Civitatis Tribunalia diversam sequantur opinionem, ut sola personarum subiectione ad id sufficientiam

D 2

etiam

que, attenta opinione, quam sequitur Rota, & Curia: quodlibet Statutum operativum solum remanet in bonis intra proprium territorium existentibus, non autem extra, quoniam tunc moriens reputatur multiplex homo, atque tot dicuntur successiones, quot sunt loca, seu territoria, in quibus respiciuntur Statuta, vigeant, ut ceteris plenè relatis habetur apud *Capyc. Latr. decis. 137. num. 49. apud Merlin. decis. 333. num. 35. & decis. 828. num. fin. apud apud Rojas decis. 157. num. 8. decis. 228. num. 38. cum seqq. par. 8. & decis. 131. num. 21. & seq. par. 9. recen. & in alijs, ex quibus patet, quod in eodem Statu Ecclesiastico, in quo potissimum nimium frequens est hic Statutorum usus, 10 diversa est successio bonorum in uno, vel altero loco existentium; Quod etiam in dies praxis docet in Civitate Neapolis, quod alius est succedendi modus in bonis existentibus intra Civitatem, eiusque territorium; Alius verò in bonis existentibus intra Regnum, quoniam prima species regulatur iuxta consuetudines Civitatis, & altera iuxta Constitutionem Regni ut infra, quod etiam frequenter contingit præsertim in Hetruria, ubi pariter fortè frequentius, quam in reliquis Italiae partibus quilibet etiam parvus locus habet propria Statuta.*

Multò igitur magis ubi agatur de Principatibus omninò diversis, ac independètibz quorum unus ab altero dependentiam non habeat, adeo ut dici non possit quod sint diversa membra eiusdem corporis diuisam operationem habentia, quoniam quilibet Principatus in se ipso reputatur integer Orbis stans de se, sive integrum Imperium cum proprio Imperatore, cum eadem proportionem, cum qua ius commune intralimites Romani Imperij disponit; Et consequenter multò magis unus, & idem reputatur multiplex homo, qui in uno Imperio possit esse servus, & in altero ingenuus, atque in uno capax, & in altero incapax, ut pluries advertitur præsertim in *Romana confiscationis sub rit. de Regalibus in supplemento* occasione agendi de quaestione, an sub confiscatione sequuta ex delicto in uno Principatu, cadant bona extantia in altero; Ideoque cum fingenda veniant tot diversa hereditates, quot sunt patrimonialia in diversis territorijs, vel Principatibus existentia, cessat ratio connexionis, atque quilibet forus cognoscit de proprio patrimonio, unde contentio solum cadit inter plures Iudices, vel foros ejusdem Principatus, eo modo quo de iure communi inter plures Iudices eiusdem Imperij.

Ea quoque consideratione accedente, quod cum Statutorum, ac iurium municipalium interpretatio nimium pendeat ab observantia; quæ dicitur omnium humanorum actuum, ac etiam legum optima interpretis ex generaliter deductis per *Rotam decis. 199. num. 12. & 13. & decis. 256. num. fin. par. 10. decis. 323. n. 13. p. 11. rec.*; Et in specie huius Statuti Florentini exclusivi fœminarum *Monach. decis. Florent. 46. num. 2. cum seqq.*; Siue pendeat à moribus locorum, & populorum, omninò incongruit, ut alibi hæc interpretatio fieri debeat ubi ignota est observantia illius legis, ignotique sunt illius populi, vel loci mores.

Atque hinc magis me confirmo in proprio sensu (quamvis iuxta hodiernum rerum statum præsertim in Vrbe, & Statu Ecclesiastico, ac etiam in Regno Neapolitano minus receptum) ut locus de-
14 functi ubi caput est hereditatis, uniuersam successionem regulare deberet, quodque persona trahat omnia bona eo modo quo trahit mobilia, vel iura, & actiones iuxta deducta hoc eodem titulo *disc. 19. Card. de Luca P. 2. de Success.*

cum ita ex huiusmodi legalibus distinctionibus, & subtilitatibus, ab humana ratione, humanoque discursu extraneis, magna resulentur confusiones.

Et his stantibus non respondi ad secundum punctum, an scilicet Statutum Florentinum contentum sola subiectione personæ capiat omnia bona ubique existentia, quamvis extra eius Ditionem, iuxta testimonium *Salycet. in l. cum sitos populos Cod. de Summ. Trinit. n. 14.* cuius tamen contrarium, agendo de eodem Statuto, dicit *Thuse. litt. S. conclus. 658. num. 16.* sed super eo me referendam ad versatos in regione, quibus in his materijs deferri debet.

Alter punctus præscriptionis erat planus pro negatiua ob veram malam fidem resultantem à lite, 16 stante dispositione iuris canonici in *cap. fin. de præscript.* ubique etiam in laicalibus principatibus, atque ut nostri dicere solent, etiam in terris imperij recepta, ut *sub rit. de credito.*

Quo verò ad particulare quaesitum, quatenam leges peculiare in Civitate, ac Regno Neapolitano videntur in hac materia intellectæ successione suæ per exclusionem fœminarum propter masculos; 17 Respondi quod ubi huic masculino non obstat objectum deficientis alterius subiectionis personæ, cuius requisitum quoque magis necessarium in excludente, quamvis non in excluso, ut in alijs hoc eodem titulo pluries advertitur, tunc quoque debita esset successio universalis, cum obligatione tamen dandi fororibus dotem; Distinguendo si quidem Regnum à Civitate; Quatenus pertinet ad Regnum, in quo usus non habetur particularium Statutorum, sed solum aliquis nimium rarus adest Consuetudinum, vivitur eodem jure Constitutionum, & Capitularum, & Pragmaticarum constituentium jus, quod ibi, & merito, dicendum non est municipale, sed commune, ut præsertim advertit *Rouir. decis. 78. num. 5.* Istoque 18 jure attento, stantibus masculis æqualis gradus, fœminæ excluduntur per Constitutionem Regni, quæ incipit *In aliquibus*; Et quamvis illa in verbis loquatur de successione paterna; Attamen ex recepta Sapientum Regni interpretatione, capit etiam materna, non autem fraterna ex deductis apud *Franch. decis. 171. Fab. de Ann. conf. 45.* & communiter; Debent tamen fœminæ dotari de paragio, quod succedit loco legitimæ, quæ per dictam Constitutionem sublata non est, ideoque dos etiam ante matrimonium, & quatenus istud neque sequatur, mortuo parente, non potest esse minus legitima, eaque transmittitur, atque producit fructus sicut legitima ex deductis in sua materia *sub rit. de dote, & etiam sub altero de legitim. & de tract.*, & insinuatur quoque *sub rit. de feud. disc. 108.* ubi de paragio debito in bonis feudilibus.

In Civitate autem ad sunt Consuetudines in scripturam redactæ cum diversitate, de qua hoc eod. *rit. in Beneventana disc. 26. & sub rit. de dote disc. 103.* eadem continentes exclusionem imò latiorenam etiam excludunt à successione fraterna; Remanente quaestione, an dotatio requiratur ex qualibet hereditate, vel successione ut requiritur attendita dicta Constitutione Regni: Vel sufficiat unica, super quo variæ habentur opiniones, quoniam negativam, ut unica non sufficiat, sustinet *Ann. alleg. 70. 81. & 117.*; Affirmativam autem esse magis communem, & receptam patet ex deductis per *Franch. & adden. decis. 87. Maffes. ad consuet. par. 4. quest. 2. num. 16. Hodiern. contrrov. 24. in princ. & alios.*